



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ  
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac  
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &  
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

**Venetiis, 1579**

De interdicto. c. 12

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40307**

### De Interdicto, et Suspensione

excepto, si quis ira notorie percussisset clericum, quod non possit aliqua tergiversatione celari, nec aliquo modo excusari. Quilibet enim tenet in hoc casu hominem percussorem deintare, et si non fuerit publice denunciatus: atque haec de excommunicatione dicta sufficiat. Quia vero aliqui non seruantes, interdictum incidunt excommunicatione, et sepe propter septem excommunicationum sunt interdicta, et inde sequuntur suspensiones et irregularitates: de hominum censuris aliquid dicendum est. Quod tamen breuissimum faciemus: ne contra intentionem nostram in hoc opere scribere videamur. Sufficere enim putamus mentem professoris excitare: ne per crassam ignorantiam, vel per considerationem talia praesumat: sed per haec, quae scribimus, cum ceperit dubitare, subsistat, et ad doctores, quibus hominum diffusi praetactat, se referat, et resolutiones inueniat. Primum ergo dicemus de interdicto, deinde de suspensione, postremo de irregularitate.

#### De interdicto. Cap. 12.

**I**nterdictum est separatio a certis sacris, et omnibus diuinis officijs, et ecclesiastica sepultura. Et quicquid fertur a iure, quicquid ab homine. A iure interdictum collegium, vel vniuersitas ciuitatis, quae cogit ecclesias, vel ecclesiasticas personas soluere quidam, vel pedagia, vel gabellas pro rebus proprijs. Item vniuersitas quae domos locauerit, vel conductas huius permiserit alienigenis vsurarijs in terra sua ad exercendum genus: Et quae res alias contra personas ecclesiasticas praedit. Et quae non seruauerit ea, ad quae tenetur per decretale. Ubi periculum de electione. quoniam in ea electione Romani pontificis est celebranda. Et quae praesentit occidentibus, vel peruenientibus Cardinales S. R. E. vel si infra mensem non puniunt delinquentes, si poterit. Et quae episcopum proprium temere percussit, vel ceperit, vel lacerauerit, vel in his fauore dederit, vel non defensusauerit. Est etiam aliquod interdictum speciale: ut cum interdictum ecclesiae pro iniuriis sanguinis ibi effusus, et pro effusione humani seminis studiose percurata: Et quoniam pro discordia priorum episcopus claudit hostiam, et praecipit, ut nullus in ea celebret. Et quoniam simoniacae, vel principaliter per factum, vel sine iura episcopi, vel sine reliquis in loco deserto sunt consecrata. In hoc tamen speciali ecclesiae interdicto celebrantes in ea non efficiunt irregulari.

#### De Suspensione. Cap. 13.

**S**uspensio est censura ecclesiastica, qua interdictum aliquid officij, vel exercitium competens personae ecclesiasticae, aliquando a iure, aliquando a iudice prolata. A iure ergo suspenduntur simoniaci